

BOROUGHES
in the Chester County Pleas,
CHES 29/1–22
© 2021 David Bethell

Burgesses

After William de Tabley's charter of about 1292 was made, and agreement made with Richard de Massey about the proceeds of the borough, a deed was drawn up in certification, and which gives us the names of many of the original burgesses.

Undated

Helsby i 489-490

Sciant præsentes et futuri, Quod ego Willielmus de Tabley, dominus de Knotsford, dedi, concessi, et hac præsenti charta mea confirmavi Ricardo de Massy militi domino meo, et Isabellæ uxori ejus, omnes terras, redditus, homagia, consuetudines, et servitia subscripta in villa de Knotsford; videlicet,
et burgagio quod Thomas Pratin tenuit;
et burgagio quod Willielmus filius Amelie tenet;
et burgagio quod Alexander Mucheman tenet;
et burgagio quod Elias Rotarius tenet;
et burgagio quod Radulfus Molendinarius tenet;
et burgagio quod Thomas filius Jordani tenet;
et illis duobus burgagiis quæ Ricardus filius Adæ Brodfot tenet;
et de duobus burgagiis quæ Robertus Pistor tenet;
et de burgagio quod Hugo le Harper tenet;
et de uno crofto quod Alexander Mucheman tenet;
et de duobus burgagiis quæ magister Rogerus de Tablegh tenet;
et de duobus burgagiis quæ Nicholaa filia Adami de Toft tenet;
et de duobus burgagiis quæ Rogerus Mekehone tenet;
et de unâ domo cùm curtilagio, quam Margeria del Broke tenet ad terminum;
et de uno burgagio quod Ricardus le Harper quondam tenuit;
et de burgagio quod Robertus Pese tenuit ad terminum de Adamo Hurne.
Habendum et tenendum prædictis Ricardo et Isabellæ, et hæredibus vel assignatis ipsius Ricardi liberè, quietè, benè, et pacificè, cùm omnibus libertatibus, commoditatibus, eysiamendis, eschaetis, prædictis terris, redditibus, homagiis, consuetudinibus, servitiis quoquo modo spectantibus. Faciendo indè ipse Ricardus et Isabella, et hæredes vel assignati ipsius Ricardi, pro me et hæredibus vel assignatis meis, unam sectam per afforciamentum ad curam domini Hamonis de Massy de Dunham per rationabilem summonitionem, et per facturam Hayæ et Hiri communis, quæ ego et antecessores mei facere consuevimus cùm feodo de Tatton domino de Dunham pro villæ de Knotsford, pro omni servitio, consuetudine, exactione quâcunque, et demandâ: Et ego prædictus Willielmus et hæredes mei omnes terras, redditus, homagia, consuetudines, et servitia cùm suis pertinentiis, sicût prædictum est, prædictis Ricardo et Isabellæ, et hæredibus vel assignatis ipsius Ricardi, contrâ omnes homines et fæminas warrantizabimus, acquietabimus, et in omnibus defendemus per prædictum servitium in perpetuûm. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Hugone de Venables, Radulfo de Vernon militibus, Willielmo de Modburlegh, Willielmo de Meynwaring, Thomâ de Legh, Johanne de Legh, Willelmo de

BOROUGHES
in the Chester County Pleas,
CHES 29/1–22
© 2021 David Bethell

*Marâ, Adamo de Tabley, Eytropo de Mulinton, Roberto parsonâ medietatis ecclesiæ de
Limme, et aliis*